



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu


Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Patribus Societatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

PATRIBUS SOCIETATIS.


 OMPENDIUM nostri Juris, jubente
 P. N. Carolo de Noyelle confectum,
 P. N. Thyrso Gonzalez imperante
 jam prodit. Ut diu expetitur opus
 emendatissimum haberetis, nihil operose diligen-
 tie pretermissum; quare, si aliquando deerratum,
 humane id infirmitati, non voluntarie
 socordie tribuendum. Ceterum scribendi forma
 non temere suscepta est: nam eam P. de Noy-
 elle, adhibitis in Consilium PP. Assistentibus,
 expendit, approbavitque. Horum igitur senten-
 tia factum; ut in Epitomen, non Constitutio-
 nes modò, & Decreta, sed Regule omnes,
 Ordinationes, Instructionesque impressæ redige-
 rentur; abstineretur verò ab Epistolis paræneti-
 cis Generalium, Industriis P. Claudii, Dire-
 ctorio Exercitiorum, & ferè prorsus à Privile-
 giis Apostolicis, & manuscriptis Ordinatio-
 nibus, Responsisque Generalium. Partitio pla-
 cuit maxime affinis Constitutionum methodo: in
 * 2 quibus

quibus scribendis S. P. IGNATIUS ; non dignitatis , sed temporis , quo singula gererentur , rationem se habiturum in ipso Operis vestibulo professus est. Styli discrepantiam nullus mirabitur ; qui meminerit non hic querendum equabilem sermonis tenorem , ubi auctoritas legum expetitur ; quæ nutat , si verbis originariis spoliatur. Quare non sententia modo , sed phrasis ipsa primorum Auctorum servata est , quantum Compendii natura patitur ; ut margini adscriptæ note sunt testes. Faxit Deus , ut quo studio exoptatus hic Liber est , eodem à singulis in usum deducatur : nec parabilior modo in posterum Instituti nostri scientia sit ; sed praxis ipsa proclivior : optimaque Legum Societatis Epitome habeatur in moribus Sociorum.

Imprimatur.

Si videbitur Reverendiss. Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici. Datum Etc. hâc die 19. Nov. 1688.

STEPHANUS JOSEPH MENATTUS,
Episc. Cyrenen. Viceger.

Imprimatur.

Fr. THOMAS MARIA FERRARI,
Sac. Palatii Apost. Mag. Ord. Præd.

INDEX